



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Quoniam tu benedices iusto domine: ut scuto bonæ uoluntatis tuæ  
coronasti nos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

tabernaculum & uasa eius &c. Qui enim sic nomē domini colit & sanctificat, tursum sanctificabitur ab eo, luxta illud psalmi. xvij. Cum sancto sanctus erit. Non solum autem ita reueretur nomen domini, ne tangat, ne usurpet, ne ingerat se illo, sed cupit omnibus idem nomē hoc modo sanctum & terrible fieri, atq; ut hoc fiat, nihil omittit siue faciendo, siue patiendo. Sic sanctū Thoman Aquinatem legimus, quoties sui laudē audiret, se sub ueste sua cruce signasse.

*Sūma dictorū*

optima certe & pia reuerētia cōsuetudo. Summa omnium, ea quae dicta sunt, uulgo dicuntur in hunc modum: ne quis in prosperis eleuetur. Breue & facile uerbum dictū, sed obscurissimum & profundissimum intellectū, nec nisi expertis cognitum. Sicut psalmus. cx. dicit: Sanctum & terrible est nomen eius; initium sapientia timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum; laudatio eius manet in seculum seculi.

*Intelligere ti morem dei.*

Qui uero timorem domini non intelligunt, nisi eam qui a crassis peccatis & uoluptatibus meru penā absterret, nihil intelligunt, nec unq; discent gloriarī in dño: cum timor domini is sit, q; timemus ne quicq; eorum quae domini sunt, id est, uirtutem, & nomen nobis arrogemus, & arrogantes polluamus. In q; timore sic profectus secus atq; res sacras tangere ueremur ne polluamus. In q; timore sic proficiendum est, ut non solum temporalia, sed & spiritualia bona nō usurperemus nobis, nec in is quicq; nostrum esse sciamus, nisi usum ipsum necessarium q; nobis & pximis solius largitate dñi nobis concessum, pia reverentia possidentur, & in ipsum cum fidelī gratitudine referēdum. Qui tales sunt, eorum laudatio manet in aeternum laudatio eorum. Scilicet, q; non seip̄s nec ullis hominibus laudantibus gloriātur. Sed iuxta Paulum. 1. Cor. iiiij. A deo solo uolunt laudari. Tunc, in q; erit unicuiq; laus a deo. Et psal. xxxij. In dno laudabitur anima mea. Et rursum. ii. Cor. x. Non enim qui seip̄s commendat, ille probatur, sed quem deus commendat, hos autem solos, deus laudat & commendat, qui laudem quamcunq; abs se in ipsum retulerunt: nec uoluerunt uideri opera sua, nisi ut gloriſiceretur pater eorum in coelis, cuius nomen dixerunt. Quare rursum ipse laudat & gloriſicat sicut dicit. 1. Reg. ii. Qui honorificauerit me, gloriſicabo eum. Et qui contemnunt me, erunt ignobiles.

A deo laudan tur.

Arduissimum autem est, sed necessarium, a solo deo expectare laudem & nomen, amissis interim omnium omnibus nominibus, & si quae contingere uelut non contigerint in deum relatis, nec nisi pro aliorum salute cum timore toleratis potiusq; possessis. Hoc nimurum est seruire domino in timore & exultare ei cum tremore: Nec desperare tentatum, nec prafumere consolatum; ut iam sāpe diximus.

Quoniam tu benedices iusto domine: ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.

Hieronymus sic: Quoniam tu benedices iusto domine, ut scuto placabilitatis coronabis eum. Pronomen Tuæ, omittit, & pronomen Eum, aptius est q; Nos, refert enī iustum. Videtur etiā mihi genitius in ablativum rectius mutant, ut scuto, placabilitate coronasti eū. Verū maior uis in distinctione sita est: Nostra enim translatio incipit ultimum uersum a uocatio, Domine, qui habet finis mediū uersus. Habet uero hic uersus, paulo alijs uerbis etadem sensum, quem ultimus uersus psal. ijj. Domini est talus, & super populum tuum benedictio tua. Vnde sicut illic Epitalis & Emphasis in p̄nomine, Tua, & genitio

genio Domini: ita hic in nomine, Tu, & uocatio, Domine, obseruāda.  
 Cuius inter ecclēsī p̄dēt ex antithēsī utriusq; generationis, p̄iae & impia, Impi  
 amēdēcunt homines, & maledicunt piam: At piam, Tu benedices dñe,  
 tū supra psal. iij, uersu ultimo expositum est latius.  
 Redit autem rationē uersus præcedētis, in quo dictum est, lætari omnes  
 perantes in deum, tempore aduersitatis, exultare, & curā esse deo: In prospe  
 ns uero gloriati in dño, omnes qui diligunt nomen eius. Quod ideo faciunt,  
 quis feciū te unum esse, q̄ iusto benedicat. Qua scientia eruditī, contemnunt  
 benedictiones & maledictiones hominum, qui eos tantum benedicunt, qui  
 sum propriū nōmē diligunt, eos uero qui solius domini nōmē diligunt,  
 id est, iustos semper maledicunt. Quare non otiose addit, iusto, manifeste ad  
 versarios impios indicans, quibus nō deus, sed homines benedicunt contraria  
 benedictione. Vbi iterum in spiritu loquētis Prophetæ uerba obseruāda sunt,  
 q̄ sic superius appellavit eos operarios iniquitatis, malignos, impios, qui nō  
 hab minus q̄ hanc speciem malam coram hominibus & in oculis suis habent,  
 sed habent speciem pietatis, uirtutem eius abnegantes: Ita iustos appellat eos,  
 qui in spiritu tales sunt, nihil minus hominibus q̄ iusticia nomine digni uisi,  
 ut quos oportet esse stultos, malos, insanos corā speciosis illis sanctis, qui sua  
 rum benedictione uitiorum sibi securi sunt. Qui morbus seu potius impetus Morbus in Ec  
 impietas in Ecclesia hodie usq; ad desperationem remedij præualuit. Adeo clesia despe  
 quicquid magnatibus uisum est, abunde inuenit benedictores suos, tanq; deo ratus.  
 ipsi simul uikum acpletum. Contra quod si mutias aut dubites, necesse sit te  
 mox hereticum, & filium diaboli, filium perditionis sine timore pronunciari.  
 Sic hodie patitur nomen sanctū & terribile dei: Sic prostituitur insanissimis  
 cupiditatibus hominum, sic seruit immanissimæ tyrannidi Turcorum Ecclesie Turci Ecclesie  
 fiasticorum, pellimorum, factum prouersus operculum omnium nequitiarum, fiastici.  
 omniumq; malorum, Ita ut nihil horribilius uideri possit si oculos spiritus ape Commutatio  
 rias, q̄ nomini dei tribuantur, non nisi summa, infinita, diabolica opera: nominum dei  
 rurum diabolico nomini, non nisi optima & Christianissima opera. Nec enī & diaboli.  
 hodie licet, si cui terribilio facinori, quispiam adulator Magnatum præfixerit  
 nōmē domini, & autoritate dei, Christi, & Apostolorum, diaboli sui studia  
 adduxerit, resistere & reprobare: Sed nisi hereticus exuri uelis, hunc Saranam Quibusdābul  
 & Annichristum propter nōmē Christi prætextum oportet adorare & pro di lis Antichri  
 uinis operibus celebrare. Contra, si quid moliantur deus monstros illis contra, stum adorare  
 rum in nōmē domini, prouersus nō licet huic fauere, consentire, assistere: Sed compelluntur  
 diaboli autoritate & noie ista geri oportet credere, & dicere. Quid enim aliud  
 mereretur furē nostra in Christum ingratitudo, q̄ ut in sensum reprobum tra  
 diti, peccato blasphemiae in spiritum sanctum hic & illuc tremissibili, sine fine,  
 sine timore permittamur peccare, deum sub noie diaboli damnantes, & diabo  
 lem sub nōmē Christi adorantes. Iustus es domine, & rectū iudicium tuum.  
 Si enim gentes, q̄ cognito deo gratias non egerunt, sic tradidit deus in sensum  
 peruerbum, ut mōstra illa quā Ro. i. Apostolus recenset, parrarent. Si Iudeos  
 ita percussit q̄ Christum non suscepserunt, quāto malo nos cramus dignissime  
 feriendi, qui suscepimus & nōmē eius profelli, tanta malitia subuersi, nōmē  
 etius illudimus & cōspurcamus. At hac quantæ putamus esse cruci ihs qui di  
 ligunt nōmē domini: q̄ horrendū uiuere in hoc tempore & nominis diuinis  
 has intolerabiles contumelias audire & uideres.

Dilecamus

*Aduersantia iudiciorum & hominum, ne erremus cum insipientibus, neve consilium dei & hominum.*

*ignorantes, deficiamus. Stat firma sententia: Qui uoler iustus fieri, peccator at necesse est: qui uolet sanus, bonus, rectus, denique deiformis, Christianus, Catholicus q̄ fieri, insanus, malus, peruersus, denique diabolicus, hæren, infidelis, Turca fiat, & ut Paulus dixit: Qui uult inter uos esse sapiens, frater fiat, ut sit sapiens. Stat in q̄ haec sententia firma, quia sic est uoluntas in eis, q̄ per stultitiam sapientes, per malitiam bonos, per peccatum iustos, per pueritatem rectos, per infantiam sanos, per hæresim Catholicos, per diabolam formam deiformes facere proposituit. Quæris quo modo? cito & breuiter dicetur: Talis non poteris fieri in deo, qualis uis, nisi talis prius fias, in teipso & hominibus qualem ipse uult: Vult autem te fieri in teipso & hominibus hoc quod uere es, id est, peccator, malus, insanus, peruersus, diabolicus, &c. Haec nomina tua, haec res tua, haec ueritas ipsa, haec humilitas est, que uerax, rectus, pius, &c. Hac ratione alius tibi & hominibus, alius soli deo eris. Quid ergo miraris? quid turbaris si uel tibi uel hominibus displices quibus nisi displices deo placere non possis. Si adhuc hominibus placet (inquit Paulus Galathas, i.) seruus Christi non essem. Sed id nos fallit, q̄ homines esse non arbitramur duces Israel, & eos qui horum studiō infantianus populus, quasi ignoremus sub nomine Christi, etiam Apostolis ipsius fuisse infideli. tum a Pseudoapostolis, adeo secure nos fallit delectat, nomine beatorum Apostolorum & Apostolicorum, modo liceat eis placere. Ut implicant illud psalmi, xij. Deus dissipauit os̄a eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et Isaiae, iij. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & uiām gressuum tuorum dissipant. Oblero q̄ robusta & libera haec diffinitio: decipiuntur omnes qui laudantur, laudatores sunt deceptores. Quis non expauescat laudari? quis non optet uituperari? Illi ne solite dicunt, ac docent, qui nostra arguant & miseris nos dicunt, uere ita habet. Nam & Apocalipsi, iij. Genio Laodiciae dicitur: Dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo: Et nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & nudus, & cæcus.*

*Hominibus non placendū. Istis autem si habentibus, diligentissime caendum est cuiq̄ Christiano, ne turbam turbæq̄ secutus iudicium, eum contemnat, uel laudet, qui hominibus uel laudatus uel uituperatus habetur, periculum est enim hic ne incurrit in dominum gloriæ, q̄ cum sceleratis reputari uoluit, & cum sic reputatis manet usq̄ ad consummationem seculi. Quia peccatores coram hominibus ipse iustificat, & sanctos seculi damnat. In illis enim, amissio eorum nomine habitat nomen dei sanctum & terribile, quo sanctificatur. In his, electio nomine dei, inest nomen hominum prophani & abominabile, quo polluantur. Eadem ratione, nec te ipsum licet contemnere, ac de te desperare, eo minus, quo miserior in teipso fueris. Nam dum nullum peccatorem licet iudicare ac damnare, nec de eo desperare: nec te ipsum licet iudicare ac damnare, siue tibi siue hominibus factus fueris peccator: non aliter neque licet tibi te laudare ac iustificare, nec de te præsumere, siue tibi siue hominibus aliiquid esse uideris, sed de solo deo gloriar, & in nomine eius delectari, quod bonum est in conspectu sanctorum suorum.*

Credo

*Nō licet seipsum damnare.*

Credo autem satis notam Synecdochen figuram, quod iusto singulari numero  
pro multis generali dicitur, seu pro generali sententia distribuendo; Benedicte iustus  
laudare, glorificare, bona optare, bene precari. Contra maledicere, uitupera,  
reprobare optare. Quod si a deo fiat, res est & factum; quia ipse dixit & facta  
sunt ab hominibus nihil sequitur.

*Ex hōm̄ sūe  
benedictione  
bus sūe ma-  
ledictionibus  
nihil sequitur*

Iustus vero ex multis iam dictis psal. i. in spiritu & abscondito dicitur, qui  
non in suis nec hominum, sed dei oculis iustus est. Hic est qui credit & fidit in  
deo, de quo recte dixeris: Iustus est peccator, sed diuerso theatro & conspectu,  
ut circunsum.

Vt tenuo placabilitas coronasti eum, hoc est circundedisti eum: Iuxta illud  
psal. cxvij. Dominus in circuitu populi sui. Et. xxxij. Immitet angelus do-  
mini in circuitu timentium eum. & Deut. xxxij. Circunduxit eum & custodi-  
vit sicut pupillā oculi. Verū & hoc insensibiliter agitur, in sp̄u, cum sensibiliter  
sentias illud psalmi, cxvi. Circundantes circundederunt me, sicut apes &c.  
Quare fide apprehendenda est placabilitas, bona voluntas, benevolētia ista  
dei, ne deficiamus, cingēte nos in modum corona. Saulo nostro. i. Reg. xxij.  
Ita uideamus uariam dei in nos consolationem, sed in spiritu, ut puocet nos ad  
fiduciam sui, sicut Deut. xxxij. Quasi aquila puouocans ad uolandum pullos  
suos, & super eos uolat, sic enim ascendit super Cherubim & uolat, uolat su  
per pennas uentorum, psalmo. xvij.

Atq; hoc verbosissime (nec tamen satis digne) de his affectibus, fidei, spei,  
charitatis, gaudij dicta sint, ad que cū deinceps occurrerint, remitteremus, ut se-  
mel prolixitate absolta, post hanc breuiores simus. Sitq; cum hoc quinto psal-  
mo finito, hic primi stadii modus, ut recreati partuila quiete, ad sextum alaci-  
ores ueniamus.

Et quoniam uisum est hoc loco paulum subsistere, propter nonnullorum  
uisum adiiciemus coronidis uice, duos uersus per ecclesiam cantatissimos in fi-  
ne psalmorum. Gloria patri & filio &c; quando ipsi penitus affines sunt, ulti-  
mis duobus huius psalmi uersibus, in quibus nomen domini glorificandum  
& diligendum doctum est.

Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nūc  
& semper, & in secula seculorum Amen.

In uersibus religiosissimis erigendus est affectus, ut quod psallitur uoce, psal-  
latur & mente & spiritu. In quibus summa omnium orationum & affectuum  
comprehenditur, non secus atq; in prima dominica orationis parte (Sanctifi-  
cetur nomen tuum) omnes sequentes. Et in primo decalogi precepto omnia  
sequentialia. Ita ut sicut primum preceptum metrum & mensura est omnium aliorū, &  
prima oratio omnium orationum. Ita huius uersus affectus primus & summus est  
et omni affectu. Nec enī quicq; orari debet, quod nō primū in gloriā malesta-  
tis referat, ut sanctificet nomē eius. Nec quicq; fieri in opere, in quo nō primū  
quazramur, ea qua deī sunt, ut ne habeā deus alienus. Ita nullius affectu debe-  
mus impensus moueri q̄ gloriā dei. Deniq; hoc ueru, si spiritu & mente psal-  
lemus, breui compendio absoluemus, totam illam sacrificiorū ueteris testame-  
ti turbam. Quid enim aliud erat, deo offerre pecudes mortificatas, nisi nos car-  
nales hoīes peccato mortuos offerti deo, uiuentes iustitiae in laudem & gloriā  
gratiae suae?